

ne omnino postposita compescendo. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibus, ac Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quibuscumque Statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & ad verbum expressa mentio habenda esset, tenores hujusmodi, ac si ad verbum infererentur, præsentibus pro expressis habentes hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentis Literæ inter Statuta, & diffinitiones ejusdem Congregationis perpetuo observanda describantur; & earum transumptis etiam impressis manu Secretarii dictæ Congregationis, aut alicujus Notarii publici, necnon sigillo ipsius Congregationis, vel alicujus Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ obfirmatis, in dubia ubique in Judicio, & extra æque, ac præsentibus ipsis fides adhibeatur. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die 22. Augusti 1592. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Preces Monachorum Regni Portugallie

Confirmatio relate Constitutionis

Claufulæ

§.2. Cum autem, sicut dilecti filii Monachi Congregationis præfate in Regno Portugallie Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi præmissa, quo firmius subsistant, & inviolabilius serventur, Apostolicæ confirmationis Nostre robore communiri summopere desiderent. Nos specialem, ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præsertim Clementis Prædecessoris Literas cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac innovamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

§.3. Decernentes easdem præsentis Literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respectu inviolabiliter, & inconcussè observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in præsertim Clementis Prædecessoris Literis concessa sunt non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut præsentium Lite-

rarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, in Judicio, & extra illud, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIV. Martii MDCXCIV. Pontificatus nostri Anno Tertio.

LXXXVI.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcopi & Reg. de Lectoribus Monachorum Eremitarum S. Hieronymi Lombardie post 12. annos ad Prioratus Titulares promovendis.

Dat. 3. Aprilis 1694. An. 3.

De electione Priorum aliorumque extat Greg. XIII. Const. ed. 1574, Maji 26, l. 3. Et hujus Pontificis Const. ed. 1695, Jan. 19, P. 4.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Euphemiani Volpinia Placentia, & Petri Hieronymi Coquicomi a Mediolano Monachorum expresse professorum Congregationis Eremitarum Sancti Hieronymi Lombardie, & Lectorum, Congregationi Venerabilium fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod alias nempe anno 1676. in Capitulo Generali dictæ Congregationis Monachorum speciale quoddam Decretum ad favorem Monachorum Lectorum editum fuerat pro eis, qui in Civitatibus duodecim annorum spatio legissent, & ad id studium adjuncto Sacra Scripturæ studio, duodecim publicas Cathedras Magistrales sustinissent, concedebatur, ut Priores titulares existerent eodem modo, quo alias a fel. record. Clemente Papa X. Prædecessore Nostro Monachis Congregationis prædictæ, qui Prioris Generalis ipsius Congregationis Officium laudabiliter exercuissent, indultum fuerat, ut absolute Officio hujusmodi Priores pariter Titulares existerent, & declarati intelligerentur; verum tametsi subinde, videlicet die 16. Decembris 1678. Decretum hujusmodi a memorata Congregatione Cardinalium confirmatum, ejusque observantia Superioribus pro tempore existentibus supradictæ Congregationis strictissime injuncta fuissent, prout in Decreto ab eadem Congregatione Cardinalium desuper emanato uberius dicebatur contineri; nihilominus postmodum, nempe in alio Capitulo Generali ejusdem Congregationis anno 1682. celebrato Decretum Capitulare præfatum a Diffinitoribus ipsius Capituli, nesciebatur qua ratione revocatum fuerat; at cum subinde eidem Congregationi Cardinalium pro simili Decreto hujusmodi revocatione obtinenda supplicatum fuisset, ipsa Congregatio Cardinalium rei gravitate perpensa, nihil desuper absolute decreverat; sed rem ipsam per suum Decretum, similiter remisit tunc in humanis agenti Paulo ejusdem S.R.E., dum vixit, Cardinali Sabello nuncupato præfate Congregationis Monachorum apud Sedem Apostolicam Protectori, qui subinde per quandam suam die

Id determinatum fuerat a Capitulo Gen. 1676, & confirmatum a d. Congregatione.

5. Au-

5. Augusti 1682. scriptam Epistolam tunc existentem Abbati Generali dictæ Congregationis Monachorum se quidem præfate Congregationi Cardinalium pro abolitione supradicti Decreti Capitularis retulisse; sed nihil ab ea desuper resolutum fuisse: ac proinde nec a se, nec ab ipsa Congregatione Cardinalium Decretum ullum memorati Decreti Capitularis abrogatorium editum fuisse significaverat. Ideoque pro parte eorumdem Euphemiani, & Petri Hieronymi assentientium se qualitatibus vigore dicti Decreti Capitularis requisitis præditos esse, & inde ipsam eorum Congregationem desiderare, ut ipsi tanquam de ea benemeriti Prioratus Titulo decorarentur, eidem Congregationi Cardinalium supplicato, ut antequam Dieta pro eorum promotione convocaretur, primò dictum Decretum supradicti Decreti Capitularis confirmatorium a præfata Cardinalium Congregatione, sicut præmittitur, emanatum, ad eorum favorem approbare, & confirmare dignaretur; emanavit ab ipsa Congregatione Cardinalium Decretum tenoris sequentis videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, audito Patre Priore Generali prædicti Ordinis, & attentis narratis, censuit, ac decrevit, servandum esse Decretum primum Capituli Generalis, ab eadem Sacra Congregatione die 16. Decembris anni 1678. confirmatum, pro ut præsentis Decreti vigore servari mandavit, quibuscumque in contrarium non obstantibus. Romæ 18. Decembris 1693.

Decretum Congregationis

Preces Lectorum

Confirmatio relate Decreti

Claufula

§.1. Cum autem sicut memorati Euphemianus, & Petrus Hieronymus Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi quo firmius subsistat, & servetur exactius Apostolicæ confirmationis Nostre patrocinio communiri summopere desiderent; Nos ipsos Euphemianum, & Petrum Hieronymum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præsertim auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§.2. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dictis Euphemiano, & Petro Hieronymo, aliisque, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectu inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici, Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus

fit dictæ Congregationis Monachorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Pisc. die III. Aprilis MDCXCIV. Pontificatus nostri Anno Tertio.

LXXXVII.

Extenduntur binæ Constitutiones de abrogandis Discretis pro Capitulis FF. Capuccinorum ad alias Provincias Aragonie, Valentie, Cathalaunie, Sardinie, & Majoricæ.

Dat. 5. Aprilis 1694. An. 3.

Harum Constitutionum prima edidit 1693, Mar. 29, P. altera vero 1693, Sep. 12, P. 3. Et Constit. ed. 1696, Aug. 4, P. 6 agitur de iis, qui sunt loco Discretorum abrogatorum.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Lias pro parte Charissimi in Christo Filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici Nobis exposito, quod tam prædictorum, & Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quam aliorum diversorum Ordinum Fratres in Regnis utriusque Castellæ existentes sua Capitula Provincialia cum interventu Superiorum Localium Conventuum Ordinum hujusmodi absque Discretis, seu Sociis, qui olim ab ipsis Conventibus, ad effectum sua suffragia ferendi in eisdem Capitulis eligi consueverant, tunc celebrari solebant; id siquidem præterquam quod Decretis Concilii Tridentini Sess. 25. Cap. 6. ibi = Nec in posterum liceat Provinciales, aut Abbates Priores, aut alios quoscumque Titulares ad effectum electionis faciendæ constituere &c. magis conforme videbatur; necessarium quoque compertum fuerat tum ad tollendam, & incommodam, quæ ex eorumdem discretorum seu Sociorum electione in Religioe pacis, & concordie, quæ in Ordinibus prædictis semper florere debet, præjudicium proveniebat, tum ad impediendas relaxationes, quas dependentia, quam tunc Superiores a suis Subditis habebant, producebat; ipsi enim Superiores, ut dictos suos Subditos pro iis in Discretos, seu Socios hujusmodi eligendis, quos ad effectum se perpetuo suarum Provinciarum gubernio conservandi eligi necesse erat, benevolos haberent, regularis discipline conservationi, prout eorum Officii erat, incumbere negligebant. Quocirca quoties dictorum Regnum Religiosi regularis discipline hujusmodi tuende zelo ducti, ad ipsos Discretorum, seu Sociorum abrogatione ab hac Sancta Sede impetranda confugerant, illud semper eis adfuerat, donec hujusmodi gratiam consecuti fuissent. Et in ea-

In prima Constitutione abrogati fuerunt discreti utriusque Castellæ.

Y y 2

deca

Preces Proc. Geu.

§.2. Cum autem sicut eadem expositio sub- jungebat, dicta Provincia novi Regni Grana- ten. doctrina, & regulari observantia adeo flo- rescat, ut in his ipsi Provinciae Quiteni antecel- lat, ac proinde dictus Iosephus plurimum cupiat a nobis indulgeri, ut in Collegio sub titulo San- cti Nicolai Episcopi intra, vel extra septa Con- ventus nostrae Divae de Gratia nuncupatae Civi- tatis S. Fidei eorumdem Ordinis, & Provinciae novi Regni Granaten. erigendo Provinciae hu- jusmodi Alumni gradus praedictos suscipere va- leant: Nos ejusdem Iosephi votis in praemissis, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excom- municationis, suspensionis, & interdicti, aliis- que Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel cau- sa latis, si quibus quomodolibet innodatus exit- sit ad effectum praesentium dumtaxat conse- quendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Vene- rabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum consilio, & at- tenta relatione Venerabilis Fratris nostri Palatii Episcopi Praenestini, ejusdem S. R. E. Cardinalis de Alteris nuncupati dicti Ordinis apud nos, & Sedem Apostolicam Protectoris super praemissis eisdem Cardinalibus facta, praefatis Alumnis Provinciae novi Regni Granaten. hujusmodi, qui fratres expresse professi dicti Ordinis fuerint, ut peractis in Collegio erigendo praedicto, seu alibi studiorum suorum curriculum, praevioque rigo- roso examine Baccalaureatus, ac Magisterii, & Doctoratus in Philosophia, & Sacra Theologia gradus in eodem Collegio ab illius Rectore pro tempore existente suscipere ipsique Rectori eod- dem gradus dictis Alumnis ad formam praedi- ctarum Sixti, & Pauli Praedecessorum literarum conferre libere, licite, & valide possint, & va- leant respective auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus, & indulgemus, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congre- gationis memoratorum Cardinalium.

Concessio praedicta ad instar illius Universitatis Quiten. & Limanen. facta.

Clausula.

§.3. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempo- re spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causa- rum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apo- stolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibus- cumque.

§.5. Volumus autem, ut eorumdem praesen-

tium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscri- ptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignita- te constitutae munitis, eadem prorsus fides ubi- que locorum tam in iudicio, quam extra illud habeatur; quae haberetur ipsis praesentibus, si fo- rent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Ma- jorem sub Annulo Piscatoris die XXIV. Apr- ilis MDCXCIV. Pontif. Nostri Anno Tertio.

XCI.

Erigitur Oppidum Alesien. Nemaufen. Dioecesis in Civitatem, ejusque Ecclesia S. Joannis Bap- tistae in Cathedralem.

Dat. 16. Maji 1694. An. 3.

Similis erectio Oppidi de Penkim Mechaon. Dioecesis extat. Const. ed. 1690. Apr. 10. P. 1.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

A Nimarum zelus nullis terminis comprehen- sus, universalisque Dominici Gregis cura Nobis licet immeritis ex alto commissa, necnon Unigeniti filii Dei, & Domini Nostri Jesu Christi ad infima hujusmodi pro humano salvando ge- nere descensus ipsiusque praecipuum Apostoli de- mandatum = Ite praedicate Evangelium omni creaturae, mentem nostram continuo sollicitant, ut studiis assiduis ad ea intendere debeamus, per quae fides nostra Catholica ubique ab omni ex- purgetur zizania, omnisque vepris expers fur- gat, & propagetur, errantesque oves diabolica fraude, haesumque pravitate correptas ad ovile, verique luminis agnitionem reducantur, Propterea novas Sedes novosque Pastores infi- tuere debemus, ut facilius oves ipsae sic deper- ditae se in eas reducere valeant, praesertim etiam cum sublimium Regum vota, & gesta id expo- scant, & comperiamus in Domino pro anima- rum salute id expedire.

Exordium a Cura anima- rum petitum.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, charissi- mus in Christo filius noster Ludovicus Franco- rum, & Navarrae Rex Christianissimus ad Dei solum cultum, ejusque Orthodoxae Legis obser- vantiam, Sanctae Matris Ecclesiae exaltationem, haesumque extirpationem, & Haereticorum, confusionem enix intentus, Divina piis ejus con- natibus favente gratia, tot millia Subditorum a via salutis per Sathanae suggestiones aberran- tium ad ejusdem Sanctae Matris Ecclesiae gre- mium propria applicatione, & cura feliciter redu- xerit, cupiens eosdem suos subditos uti adhuc teneros Vitis Evangelicae qui Christus est palmit- es in ipsius fide vera per amplius confoveri, & consolidari, ac commodius instrui, & governari inter alia ad hoc vere suum Regium intentum conducentia media, nullum aliud opportunius fore compererit, quam si recenter conversis Christianis in Vallibus Hebbennicis vulgo *Les Sevennes* constitutis, & numerum quinque Mistriadum excedentibus, qui ex sola praesentia Venerabilis Fratris Nostri Episcopi Nemaufen., in cujus Dioecesis Territorio Valles praedi- ctae sitae sunt, ob eorumdem Vallium a Civita-

Proces Regis Christianissi- mi iustis cau- sis imixtae.

Descriptio Oppidi Alesii

te Nemaufen., ubi ipse Episcopus residet, aspero, montuoso, laborioso, & difficili plurimum leuca- rum intercedente itinere distantiam, ibidem Vi- sitationis adeo necessariae munus, & Pastoralia, munera, & solatia recipere non valent, proprius Praeful, & Pastor Animarum attribueretur, & assignaretur, qui proprias Oves cognosceret, & pasceret, ac ab ipsis vice versa in veritate docen- da, & praestanda obedientia agnosceretur, ac proinde, ut dictarum Vallium Territorium a Dioecesi Nemaufen. separare, Oppidumque Alesii, quod ipsarum Vallium Caput muris cinctum, Arce, & Praesidio munitum, Praefectura deco- ratum, quinque Regularium utriusque sexus Coenobis, Hospitali, & duabus Confraternitatibus insignitum, bis mille ferè familiis, quas inter plures Nobiles, ac tres ex quatuor partibus Neophtae constans, aeris etiam salubritate, ac soli fertilitate gaudens, ac ad id valde aptum com- modum, & opportunum est in Civitatem inibi- que existentem secularem, & Collegiatam Ec- clesiam Sancti Joannis Baptistae amplae, & ele- gantis structurae, sex Capellis, & Sacra Supelle- tilii ad Divinae praeroganda, non tamen ad Pon- tificalia exercenda decenter ornatam, aliisque requisitis satis instructam in Cathedralem, ibi- que Sedem Episcopalem erigere, & collocare, ac alias desuper opportune providere de beni- gnitate Apostolica dignemur.

Causa hujus erectionis.

§.2. Nos, cui nihil magis cura est, quam ut fides Catholica illibata ubique floreat, & au- geatur, non de inventa ove, sed integri pe- ne gregis ad Ovile Christi reductione congau- dentes, ac ipsi Ludovico Regi congratulari ne- desit his Ecclesiae novis filiis, qui frangat panem, puraque Doctrinae pabula praebet, ac singulorum vultus, ut Episcopum deceat inspicere, & agnoscat, matura super his in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Ro- manae Ecclesiae Cardinalium rebus consistoriali- bus praeposita, cui negotium dismembrationis, & Erectionis hujusmodi discutiendum a Nobis commissum fuerat, habita deliberatione, Op- pidum praedictum Episcopali, & Civitatis titulo dignum judicantes, piisque dicti Ludovici Regis desideris libenter annuentes, de eorumdem, ac aliorum Venerabilium fratrum Nostrorum praefatae Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium con- silio, & assensu, Oppidum praedictum ab Ordina- ria Jurisdictione dicti Episcopi Nemaufen. de- expresso ejus, ac illius Cathedralis Capituli, & Canonicorum consensu, Apostolica auctori- tate, tenore praesentium perpetuo segregamus, dividimus, separamus, & dismembramus; illud- que, ac ejus Clerum, & Populum quoad Legem Dioecesanam ab Episcopi Nemaufen. Superio- ritate, Jurisdictione, potestate, subjectione, Vi- sitatione, & correctione prorsus eximimus, & liberamus; ac Oppidum praedictum Civitatis, illiusque Incolas Civium nomine, titulo, & ho- nore decoramus, illudque in Civitatem Alesien. denominandam, & in eo secularem, & Colle- giatam Ecclesiam Sancti Joanni Baptistae dica- tam, duasque Dignitates Decanatum videlicet, & Sacristiam, cum aliis decem Canonicatibus habentem in Cathedralem Ecclesiam sub Invo- catione ejusdem Sancti Joannis Baptistae pro uno Episcopo Alesien. nuncupando, qui illi praesit, ac Ecclesiam ipsam ad formam Cathedralis Ec- clesiae redigi faciat, necnon Episcopalem Jurisdi-

Dismembra- tio d. Oppidi a Dioecesi Ne- maufen.

Erectio Oppi- di in Civita- tem, & Eccl- esiae S. Joannis Baptistae in Cathedralem eum omnibus Episcopalibus Juribus.

ctionem, auctoritatem, & potestatem exercere, omniaque, & singula, quae Ordinis, Juris- dictionis, & cujusvis alterius muneris Episcopalis sunt, & ad illa, ac Synodi Dioecesanae con- vocationem, & celebrationem spectant, & per- tinent, ac quae alii tam in illis Regnis, & Pro- vincijs, quam alibi ubicumque constituti Episco- pi in suis Ecclesijs, Civitatibus, & Dioecesebus de jure, & consuetudine, aut alias quomodoli- bet facere, & quibus uti solent, & possunt pari- formiter, aequè principaliter, & absque ulla, prorsus differentia in suis Ecclesia, Civitate, & Dioecesi Alesien. respective facere, gerere, & exercere, ac uti, frui, & gaudere libere, & licite possit, & debeat, ac pro tempore existenti Archiepiscopo Narbonen. jure Metropolitico, prout ante separationem, & dismembrationem, hujusmodi suberat, subiacet cum Sede, & Men- sa, aliisque insignijs Episcopalibus, necnon praerogantiae, & honoribus, & privilegijs, immu- nitatibus, & gratijs spiritualibus, & temporali- bus, personalibus, realibus, & mixtis, quibus ceterae Cathedrales Ecclesiae Regnorum, & Pro- vinciarum hujusmodi similiter de jure, consue- tudine, privilegio, aut alias quomodolibet utun- tur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gau- dere possunt, & poterunt quomodolibet in futu- rum de similibus consilio, & potestatis plenitudi- ne, dicta Apostolica auctoritate perpetuo erigi- mus, & instituiamus, ac eidem sic erectae Eccle- siae Alesien. ipsum Oppidum sic in Civitatem, erectum pro Civitate, & alia octo Civitates nun- cupata, ac alia triginta sex inferiora Oppida, & reliqua quinquaginta quinque Oppidula, cum eorum omnium, & singulorum respective Parochijs, & Territorio quinquaginta longitudine, latitudine vero triginta circiter milliarijs Italicis extenso pro Dioecesi, necnon Ecclesijs pro Clero, & secula- res personas pro Populo de consilio, potestate, & auctoritate similibus, etiam perpetuo concedi- mus, attribuiamus, & assignamus, Civitatem- que, Clerum, & Populum hujusmodi Episcopo Alesien. quoad Episcopalem, & Archiepiscopo Narbonen. pro tempore existentibus quoad Me- tropolitancam Jurisdictionem, & Superioritatem, de paribus consilio, & potestatis plenitudine, etiam perpetuo subjicimus.

Ejus subjeccio Archiepiscopo Narbonen.

Ejus Dioec- sis.

§.3. Ac insuper cum dilectus filius Ludovi- cus de Calvieres Abbas Abbatiae olim forsan re- gularis, sed jam nunc omni in ea regularitate, cessante ad secularem statum redacta secularis, & Collegiate Ecclesiae Sancti Petri Psalmodien. vulgo de Psalmodi nuncupatae in Oppido Aqua- rum mortuarum dictae Nemaufen. Dioecesis exi- stentis regimini, & administrationi dictae Abba- tiae, ac omni, & cuicumque Juri sibi in illa, vel ad illam quomodolibet competenti, & per eum praetento in manibus nostris ad praemissorum, & infra scriptorum effectum cesserit; nosque cessa- tionem eandem ex dicta causa duxerimus admit- tendam, Nos Abbatiam ipsam, & titulum Colle- giativum, & denominationem Abbatiae, & Colle- giativae firma ceteroqui remanente illius Parochia- litate de praefati Ludovici Regis ad quem, dum illa pro tempore vacat, Jus ad illam nominandi vigore concordatorum dudum inter Sedem Apo- stolicam, & clarae memoriae Franciscum Pri- mum olim eorumdem Francorum Regem inito- rum pertinere dignoscitur perpetuo quoque sup- primimus, & extinguimus, ac illius sic suppressam,

Pro dote Me- diae Episcopali assignatur Ab- batia ecclesiae S. Petri Psal- modien.

nus opus sit nostrā, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsitō non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis etiam, motu, scientia, & potestatis plenitudine patribus in genere, vel in specie, seu alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, insertis, servatis, & specificatis respectively habentes illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud habeatur, quæ ipsi præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Pisc. V. Aprilis MDCXCIV. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

LXXXIX.

Statuitur, ut Procurator Generalis FF. Minorum Sancti Francisci de Observ. & Reform. eligatur in Capitulo Gen. & de sexennio in sexennium.

Const. ed. 1692, Maii 17, P. 1 agitur de quadam alternativa. Et Const. ed. 1695, Sep. 12, P. 5 de electione Guardianorum, aliorumque.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

CUM Nos nuper nostrum super moderatione facultatum quorumvis etiam S.R.E. Cardinalium Ordinum Regularium quorumlibet apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectorum editam Constitutionem inter alia quamcumque eisdem protectoribus nonnullos Ordinum hujusmodi Superiores, seu Ministros deputandi attributam potestatem sustulerimus, & abrogavimus, Superiorumque, seu Ministrorum hujusmodi electiones ad Sacrorum Canonum, seu Regularium eorumdem Ordinum institutorum limites, seu alias ad modum, & formam in Comi-

tis Generalibus ipsorum Ordinum, seu per Nos, & Sedem prædictam respective statuendum, & statuendam reduxerimus, & reduclam esse voluerimus, & mandaverimus, ac proinde quæcumque ante hac pro tempore existenti Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, & Reformatum, seu strictioris observantia nuncupatorum apud eandem Sedem Protectori Procuratorem Generalem Provinciarum Reformatarum dicti Ordinis in Romana Curia residentem de triennio in triennium deputandi five quarundam Apostolicarum Literarum vigore, five alias competens facultas sublata, & abrogata remanserit: hinc est, quod Nos, ut Procuratoris Generalis hujusmodi electio recte, & canonice in posterum fiat, quantum cum Domino possumus providere volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut Procurator Generalis prædictus, qui de triennio ad triennium ab eodem Protectore, sicut præmittitur, deputari hæcenus consuevit, deinceps de sexennio in sexennium in Capitulo Generali ejusdem Ordinis eligatur, in ejusque electione Votum, five suffragium Fratres vocales earundem Provinciarum Reformatarum Familie Cismontanæ dicti Ordinis tantum ibidem una cum Ministro Generali pro tempore existente Ordinis prædicti infimul congregati habeant, & ferant, ac habere, & ferre libere, & licite possint, & valeant, tenore præsentium perpetuo statuimus, & ordinamus. Quod si Procuratoris Generalis sic electi officium ante expletum sexennium per cessum, vel decessum illud pro tempore obtinentis, seu alias quomodolibet vacare contigerit, ad Nos, seu pro tempore existentem Romanum Pontificem pro opportuna desuper provisione obtinenda, recurratur. Porro ut ad Procuratoris Generalis hujusmodi electionem juxta earundem tenorem præsentium faciendam quantocius nempe in Capitulo Generali dicti Ordinis propediem benedicente Domino, in Hispaniis celebrando deveniri possit, officium prædictum, quo dilectus filius Petrus Paulus de Cellis Frater expresse professus Provincie Thuscicæ ejusdem Ordinis de presentibus fungitur, tametsi illud vigore Literarum patentium ei a Ven. Fratre nostro Alderano Episcopo Ostien. ejusdem S.R.E. Cardinalis Cybo nuncupato Ordinis hujusmodi apud Nos, & Sedem prædictam Protectore desuper expedituram diutius durare deberet, usque ad proxime futurum Capitulum Generale prædictum dumtaxat durare debet. Cæterum, ipsi Petro Paulo Procuratori Generali quem munus suum fideliter hæcenus, & laudabiliter exercuisse accepimus, ut Votum, seu suffragium in eodem proximo futuro Capitulo Generali habere, & ferre, necnon omnibus, & singulis privilegiis gratis, & Indultis, quibus Fratres dicti Ordinis, qui integri triennii spatio Procuratoris Generalis hujusmodi munere in Curia præfata functi fuerunt, tam de jure, usu, & consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia uti, frui, & gaudere libere pariter, & licite possint, & valeat in omnibus, & per omnia, perinde ac si munere hujusmodi per integrum triennium functus fuisset harum serie concedi-

De electione Procuratoris Gen. in Capitulo.

De eadem electione extra Capitulum.

De primo Procuratore Gen. eligendo.

De præcedenti Procuratore Gen.

Clausula.

cedimus, & indulgemus. Præterea privilegia, prærogativas, gratias, & Indulta hujusmodi eidem Petro Paulo Procuratori Generali non ex gratia, vel favore, aut privilegio personali sed intuitu realium laborum, & tanquam justum præmium ei debitum concessa fuisse, & de jure competere, nec in fel. rec. Urbani VIII., & Clementis X. aliorumve Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum Literis, vel Decretis, super revocatione, & abrogatione, five annullatione quorumcumque privilegiorum, & Indultorum personalium Fratribus dicti Ordinis contra, vel præter Constitutiones, seu statuta ipsius Ordinis concessorum, vel concedendorum hæcenus emanatis, & quomodocumque emanaturis, nullo modo comprehensam fuisse, vel esse, aut fore, seu comprehensam ferri, præteriti, vel intelligi, neque ejusmodi revocationes, abrogationes, & annullationes illi nullatenus obstare, aut eum illarum occasione, seu prætextu quomodolibet molestari, perturbari, vel inquietari posse earundem tenore præsentium decernimus, & declaramus.

§.1. Decernentes pariter easdem præsentis Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter, & inconcussè observari, & adimpleri: Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. præfate Cardinales, etiam de Latere-Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuntios, & alios quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & sancturos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.2. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit nostræ, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsitō non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Provinciarum, & Ordinis, prædictorum; aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & efficacissimis, & insolitis clausulis, & Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus in genere, vel in specie, seu alias quomodolibet in contrarium, præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore

permanuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus; & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.3. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud habeatur, quæ ipsi præsentibus haberetur si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscat. die VI. Aprilis MDCXCIV. Pontificatus nostri Anno Tertio.

XC.

Conceditur Alumnis Provincie novi Regni Granaten. Ord. Erem. S. Augustini in Indiis Occidental. facultas suscipiendi gradus Scholasticos in eorum Collegio S. Nicolai Civitatis S. Fidei.

Urbani VIII Const. ed. 1625, Apr. 24, P. 2. agitur de promovendis in gradibus in Hispania, & Indiis. Et Clem. XI Const. ed. 1701, Jun. 4, P. 1 conceditur alumnis Civitatis Laguna facultas suscipiendi gradus in eorum Collegio.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

EX injuncto Nobis divinitus pastoralis sollicitudinis munere Sacrarum, bonarumque literarum studia inter Christianifideles Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatos ubique locorum, ac præsertim in remotissimis ab hac Sancta Sede partibus opportunis rationibus fovemus, & promovemus, ac ut debitis virtutis honor rependatur libenter providemus, sicut ad omnipotentis Dei gloriam, Religionis decus, & incrementum, ac Catholicæ fidei præsidium, & prerogationem salubriter expedire in Domino arbitramur.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Josephus Bernaldo de Quiros de Lima Diffinitor, ac Procurator Generalis Provinciarum Quiten. & novi Regni Granaten. in Indiis Occidentalibus Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, quod cum alias dicta Provincia novi Regni Granaten. ab initio sue foundationis Peruana ejusdem Ordinis, & dictæ Quiten. Provinciis unita esset, privilegio, quod ejus Alumni in Quitensi sub Sancti Fulgentii per quasdam se. re. Sixti PP. V. Prædecessoris nostri ac Limana sub Sancti Ildephonsi respective denominationibus per alias re. mc. Pauli PP. V. Prædecessoris pariter nostri in simili forma Brevis literas respective erectis Studiorum Generalium Universitatibus ad Magisterii, seu Doctoratus, aliosque Scholasticos gradus, promoveri possent, fruebatur: Verum quia illa postmodum a dictis aliis duabus Provinciis subdivisa fuit, privilegio hujusmodi destituta remansit, ac exinde illius Alumni præfati pro gradibus hujusmodi consequendis, vel extraneos adire, vel ad Provincias septingentorum circiter milliarium intervallo distantes iter cum nimio sumptu, & incommodo suscipere coguntur.

§.2. Cum

dem Expositione subjuncto, quod dictus Carolus Rex certior factus fuerat Fratres Ordinis Minorum ejusdem S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum in Regnis predictis existentes non modo eadem incommoda, & damna, quae olim religiosi aliorum Ordinum praefatorum electione Discretorum, seu Sociorum hujusmodi experti fuerant, pati, sed & alia multa concurrere, propter quae Fratres praedicti usum eligendi Discretos, aut Socios praedictos in Provinciis dictorum Regnorum abrogari plurimum desiderabant, adeoque ipsius Caroli Regis zelum sollicitabant, ut Apostolica desuper auctoritate nostrae partes interponi similiter curaret. Nos supplicationibus ejusdem Caroli Regis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Discretos praedictos in Provinciis utriusque Castellae Fratrum dicti Ordinis Capuccinorum, sub certis modo, & forma tunc expressis auctoritate Apostolica sustulimus, & removimus, & alias prout in Nostri in simili forma Brevis die 29. Martii 1693. desuper expeditis Literis plenius continetur: subinde vero pro parte ejusdem Caroli Regis Nobis iterum exposito, quod in praefatis Nostri Literis trium Provinciarum Regnorum utriusque Castellae d. Ordinis Capuccinorum, nempe Castellae Veteris, & novae nuncupatae, necnon Baticae, & Navarrae Provinciarum distincta, & expressa mentio facta non fuerat, quinimo nec in eisdem Literis provisum fuerat, quod loco supradictorum Discretorum Conventualium, sicut praemittitur, sublaturum, & remotorum pro tempore existentes earundem Provinciarum Diffinitores, & Custodes, necnon is saltem, qui novissime in illis Provincialibus Officio respective functus fuerat, in earum Diffinitoriis, & Capitulis Provincialibus Votum, seu suffragium respective habere deberent, quemadmodum ipse Carolus Rex pro peculiari suo in Ordinem praedictum devotionis affectu, commune ipsarum Provinciarum bonum promovendi studio ductus Nobis supplicari fecerat; ac proinde opportune in praemissis a Nobis provideri; necnon praeterea quod in Provinciis praedictis Capitula Provincialia de sesquianno in sesquiannum celebrari deberent, quemadmodum fel. rec. Clemens Papa X. praedecessor Noster pro omnibus ejusdem Ordinis Provinciis per quasdam suas itidem in forma Brevis anno 1676. desuper expeditas Literas praescripsisse dicebatur. Nos porrectis Nobis hac in re pro ejusdem Caroli Regis parte precibus benigne annuentes eadem auctoritate declaravimus remotionem, & abolitionem Discretorum Conventualium in Provinciis utriusque Castellae Fratrum dicti Ordinis Capuccinorum factas, ut praefertur, expeditasque desuper Literas Nostri praedictas intelligendas esse non solum respectu Provinciae utriusque Castellae veteris, scilicet, & novae, verum etiam respectu Provinciarum Baticae vulgo Andalusiae, necnon Navarrae, & quatenus opus esset, remotionem, abolitionem, ac nostras Literas hujusmodi ad supradictas Provincias Baticam, & Navarrae dicta auctoritate extendimus, & ampliamus. Praeterea eadem auctoritate decrevimus, quod vice, & loco praedictorum Discretorum in tribus Provinciis hujusmodi, sicut praemittitur, sublaturum, & abolitum Diffinito-

In altera Constitutione declarata, & extensa fuit prima ad Provincias Baticae, & Navarrae.

res, atque Custodes, & immediatus Exprovincialis earundem Provinciarum in ipsarum respective Diffinitoriis, & Capitulis Votum haberent, dictarumque Provinciarum Capitula de sesquianno in sesquiannum deinceps celebrari deberent, & alias prout in aliis nostris in eadem forma Brevis die 12. Septembris proxime praeteriti desuper emanatis Literis, quarum, & praedictarum nostrarum Literarum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, uberius continetur.

§.1. Cum autem sicut dictus Carolus Rex Nobis nuper denuo exponi fecit, ipse binas Literas nostras praedictas ad Provincias Aragoniae, Valentiae, Cathaloniae, Sardiniae, & Majoricae dicti Ordinis Fratrum Capuccinorum per Nos extendi plurimum desideret. Nos piis ejusdem Caroli Regis Votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, supplicationibus ejusdem Caroli Regis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati de Congregationis nonnullorum ex Venerabilibus Fr. nostris S.R.E. Cardinalibus a Nobis particulariter deputata consilio, binas nostras Literas supradictas, omniaque in illis disposita quoad Provincias Fratrum Capuccinorum, utriusque Castellae Veteris scilicet, & novae, necnon Baticam, & Navarrae, ad Provincias earundem Fratrum Capuccinorum Aragoniae, Valentiae, Cathaloniae, Sardiniae, & Majoricae auctoritate Apostolica tenore praesentium extendimus pariter, & ampliamus.

§.2. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicut in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Camerae Apostolicae Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Provinciarum, & Ordinis hujusmodi, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, necnon omnibus, & singulis illis, quae in praefatis nostris Literis concessimus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscator. die V. Aprilis MDCXCIV. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

LXXXVIII.

Statuitur, ut Procurator, & Commissarius Gener. FF. Minor. de Observ. eligantur in Capitulo Gen., & de sexennio in sexennium.

Præces Regis Catholicici.

Extensio praedictar. Constitutionum.

Clausulae

Die 5. Aprilis 1694. An. 3.

Simi.

Simile Statutum habetur pro Procuratore Generali Reformatorem Consti. ed. 1694. Apr. 7. P. 3. Constitut. ed. 1693. Feb. 20. P. 2. concessa fuit facultas confirmandi Guardianos, & promovendi Diffinitores ad Guardianatum. Et Constitut. ed. 1694. Maji 19. P. 3. agit de distributione Officiorum in Provincia S. Jacobi Hispaniar.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Sacro sancti Apostolatus sollicitudo, quam, meritis licet, & viribus longe impares, auctore Deo, gerimus, Nos simulat ad ea peculiari studio statuenda, quae prospero Christianissimum divinis obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum statui, ac Regimini, opportunis rationibus consulatur.

Causa Statuti

§.1. Cum itaque Nos nuper alias Nostri in simili forma Brevis Literas, ut Procurator Generalis Provinciarum Reformatorem Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, & Reformatorem, seu Strictioris Observantiae nuncupatorum, qui ante hac de triennio in triennium a pro tempore existente Ordine hujusmodi apud Sanctam Sedem Apostolicam Profectore deputabatur, deinceps de sexennio in sexennium in Capitulo Generali ejusdem Ordinis eligatur, in ejusque electione Votum, sive suffragium Fratres Vocales earundem Provinciarum Reformatarum Familiae Cisjontanae dicti Ordinis tantum ibidem una cum Ministro Generali pro tempore existente Ordinis supradicti insimul congregati habeant, & ferant, ac habere, & ferre libere, & licite possint, & valeant, sub certis modo, & forma tunc expressis statuimus, & ordinaverimus; & sicut accepimus, felici dictorum Filiorum Fratrum de Observantia dicti Ordinis gubernio, regularique illorum disciplina magnopere conducibile futurum sit id ipsum quoad illorum Procuratorem Generalem, & Commissarium Generalem Curiae Romanae, qui haecenus de triennio itidem in triennium a Ministro Generali supradicto, de Diffinitorem Generalium ejusdem Ordinis consilio, & assensu, seu alias institui, & deputari consueverunt, pariformiter per Nos statuatur. Hinc est, quod Nos, qui Ordinem praedictum, in visceribus paternae gerimus charitatis, salubriter providere volentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, quod de ceteris perpetuis futuris temporibus Procurator Generalis, ac Commissarius Generalis Curiae praefatae earundem Fratrum de Observantia, qui haecenus de triennio in triennium a memorato Ministro Generali, sicut praemittitur, institui, seu deputari consueverunt, in Capitulo Generali ejusdem Ordinis de sexennio in sexennium eligantur, in eorumque respective electione Votum, sive suffragium Fratres vocales illius Familiae tantum Cisjontanae scilicet, seu Ultramontanae, ex qua nimirum ceteroqui juxta Regularia Ordinis praedicti Instituta per Sedem Apostolicam approbata Procurator Generalis, & Commissarius Generalis Curiae hujusmodi respective assumendi erunt, una cum eo-

Motus proprio de Commissario, & Procuratore Gen. non amplius eligendo de triennio in triennium a Ministro Generali.

dem Ministro Generali ibidem insimul congregati habeant, & ferant, ac habere, & ferre libere, & licite possint, & valeant, tenore praesentium statuimus, & ordinamus, quod si Procurator Generalis, ac Commissarius Generalis sic electorum Officium, sive eorum alterum per cessum, vel decessum illa, seu illud pro tempore obtinentium, vel obtinentis, seu alias quomodolibet vacare contigerit, ad Nos, seu pro tempore existentem Romanum Pontificem pro opportuna desuper provisione obtinenda, recuratur. Ceterum, ut ad eorumdem Procuratoris Generalis, ac Commissarii Generalis electionem juxta earundem tenorem praesentium faciendam quanto citius, nempe in Capitulo Generali dicti Ordinis propediem, benedicente Domino, in Hispaniis celebrandi, deveniri possit, Officia praefata, quibus dilecti Filii moderni Procurator Generalis, ac Commissarii itidem Generalis ejusdem Curiae de praesenti funguntur, ac illorum quodlibet, tametsi illa vigore quarumvis Literarum patentium eis, ac eorum cuilibet a dilecto Filio moderno Ministro Generali d. Ordinis desuper expeditarum, ac forsan etiam auctoritate Apostolica confirmatarum diutius durare deberent, usque ad proxime futurum Capitulum Generale supradictum dumtaxat durare, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, harum serie decernimus, & declaramus.

Quid si praedicta Officia vacant extra tempus Capituli.

Quando executioni mandandum dicitur Statutum.

Clausulae

§.2. Decernentes pariter easdem praesentes Literas, & in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quicumque in praemissis, interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi fuerint, sive ex alia quacumque causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium consensu, aliove quolibet etiam formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut ad terminos juris reduci, seu in controversiam vocari, aut adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse; sed ipsas praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter, & inconcussè observari, & adimpleri; sicut, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere-Legatos, & Apostolicae Sedis Nuncios, & alios quoslibet quacumque praeminentia, & potestate fungentes, & futuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus praemissis, ac quate-

Ex duobus Capitulis Alesien. & Pſalmodien. unum conſtituitur Alesien.

Numerus, ordo, Mensura & onera Dignitatum Capituli cum preſentatione Decanatus Alesien.

ſam, & extinctam Abbatialem, cujus fructus ad quingentos florenos auri in Libris Camera Apoſtolice taxati reperuntur: verus autem valor ad octodecim millia Librarum Turonen. aſcendit Menſe Episcopali Alesien. pro ejus dote ſimiliter perpetuo applicamus, & appropriamus; Capitularem vero Menſas, & Capitulum, necnon Prapofituram, que principalis, & Archidiaconatum, Cantoriam, & Subcantoriam, qua reliqua Dignitates inibi erant, ac decem Canonicatus, & totidem Præbendas illius ad ſic erectam. Eccleſiam Alesien. ſimilibus conſilio, & auctoritate pariter perpetuo ita transferimus, & traducimus, ut ex duobus Alesien., & Pſalmodien. Capitulis hujusmodi unicum ipſius Episcopii Alesien. proprium Capitulum, in quo Prapofitura Pſalmodien. prima poſt Pontificalem, ac excepto Decanatu Alesien., quem Nos certis Nobis notis de Cauſis adducti ex nunc prout ex tunc, & e contra poſtquam illum per ceſſum, vel deceſſum, aut alias quomodolibet quancumque, ac ubicumque vacare contigerit perpetuo quoque ſimiliter ſupprimimus, & extinguimus, ac Menſe Capitulari Alesien. annectimus, & incorporamus, expreſſo ad id moderni Decani accedente conſenſu, reliqua alie Dignitates, Archidiaconatus, ſecunda Cantoria, tertia Sacriſtia Alesien. reſpective nuncupanda, quarta, ac Subcantoria quinta, necnon Alesien., & decem Pſalmodien. reſpective Canonicatus, & Præbende ſint, permaneant, & perſiſtant, duodecimque Presbyteri, duoque Acolythi, ac unus Clericus ad nutum Prapofiti, & Capituli Alesien. amovibiles pro divinis Miniſteriis ipſius Eccleſie Alesien. ſervitiis juxta providam a Prapofito, & Capitulo præſatis ſibi faciendam injunſtionem, ac cum congrua mercedis aſſignatione, vel quotidianarum diſtributionum participatione ad arbitrium eorumdem Prapofiti, & Capituli ibidem deputentur, Sacriſtiæque Alesien. curam inibi, ut antea, regat, exerceat, & adminiſtre animarum; Canonici vero utriuſque Capituli Capitulares ſuas quoad vixerint reſpective præbendas, prout ante erectionem hujusmodi faciebant, percipiant, advenienteque eorum, ſeu alterius ex ipſis obitu, vel ceſſione, omnes, & ſingule præbende ad invicem ſucceſſive in communem Menſam Capitularem Alesien. ſemper reintegrentur, & conſolidentur, donec omnes illius præbende ad fructuum, reddituum, & proventuum equalitatem perveniant, ſatisfactis interim per coſdem Capitulares reſpective cujuſque eorum Capituli, & Menſe Capitularis etiam reſpective oneribus, & obligationibus ſolitibus, debitis, & conſuetis; & tam Dignitates, quam Canonicatus, & Præbendas hujusmodi nunc, & pro tempore obtinentes Capitulum cum Menſa Capitulari, ſigillo, ac arca communibus, aliisque Inſignibus Capitularibus conſtituant, & apud dictam Eccleſiam Alesien. reſidere, ſtallumque in Choro, ac locum, & vocem in Capitulo ipſius, necnon in actibus, & functionibus Eccleſiaſticis intra, & extra ipſam ubilibet juxta eorum reſpective antianitatem receptionis dumtaxat abſque ulla alia cujuſvis gradus, ſeu qualitatis diſtinctione, & ipſa Eccleſia ſingulis diebus horas Canonicas, tam diurnas, quam nocturnas, necnon Conventuales, aliisque Miſſas, ſervata Eccleſiarum diſciplina uniformiter celebrare, & decantare, illiſque intereſſe, ac alias dictæ Eccleſie Alesien. in divinis deſervi-

re, cæteraque onera injunſta, & pro tempore injungenda ſubire, exercere, & adimplere reſpective debeant, & teneantur, ac tam in Choro, quam Capitulo, proceſſionibus, & aliis actibus, & functionibus habitus de Jure geſtari ſolitos etiam deſerre, & geſtare libere, & licite poſſint, & valeant.

§.3. Præterea Nos pro promptiori præmiſſorum, & infraſcriptorum executione, & adimplimento, ac proſpero feliceque Alesien. ſtatu, & ſucceſſu procurando, & manuteneſſendo, quod ſi modernus Decanus Alesien. non obſtante ejus ad hæc expreſſo conſenſu honoribus, & præeminentiis ad ſuam dignitatem de Jure geſtari ſolitos dederit illis, ac eodem ſtallo in Choro quouſque ad datam præſentium potius fuit, ac etiam poſtquam ad Sacerdotium promotus erit præcedentia, alternative tamen cum Prapofito Pſalmodien., vel annuatim, vel per menſes, aut alias prout melius ipſis videbitur juxta illorum deſuper jucundam conventionem uſque ad diem, quo per illius ceſſum, vel deceſſum, aut aliam quamcumque diſmiſſionem, vel amiſſionem dictum Decanatum vacare contigerit potiri, & frui debeat, quodque ſi contigerit Capitulares Nemaufen. congregari, prout de more pro impoſitionibus Decimarum, vel pro impoſitionum rationibus reddendis, & ibi agi etiam debeat de intereſſe præſati Capituli Alesien. eidem Capitulo Alesien. liceat unum, vel duos de gremio deputare ad intereſſendum Congregationibus, ſeu Comitibus Capitularibus, qui deputati, vel alter illorum Comitibus præſatis præcedere debeant Canonici Nemaufen., & ita contingat Capitulares Alesien. pro ſimilibus impoſitionibus, & illarum rationum redditionibus congregari liceat eidem Capitulo Nemaufen. ſimiliter unum, vel duos de gremio eligere, qui Comitibus Alesien. intervenire, & pariter Canonicos Alesien. præcedere debeant; cura porro Animarum, & alia onera Eccleſie Pſalmodien., que abinde ad Eccleſiam Alesien. transferri non poterunt, ſeu que ibi a Capitularibus Pſalmodien. deſtinata fuerunt adimpleri per ibidem exiſtentem Rectorem Curatum, ac talem, quem iidem Canonici Pſalmodien. neceſſarium judicarunt numerum Presbyterorum, aſſignatis Rectori Curato, ac Presbyteris hujusmodi pro congrua eorum ſuſtentione omnibus, & ſingulis fruſtibus decimalibus Parochie ejusdem Eccleſie Pſalmodien. juxta deſuper cum interventu, & auctoritate Episcopii Nemaufen. præſati initam tranſactionem omnino adimpleantur, in Eccleſia vero Alesien. futurus, & pro tempore exiſtens Episcopus curam Animarum præſatam per Sacriſtam, & ejus Vicarium, ut antea, unicum eiſdem emolumentis, quibus ante erectionem hujusmodi fruerebatur, & potiebatur exerceri faciat, ac pro ſui Episcopali reſidentia, uſu & habitatione Aedes per Dioceſanos, qui juxta morem Provincie Quitanie habitationem Episcopalem conſtruere tenentur deſtinandas, vel conſtruendas, aut juſto pretio emendas habeat, & poſſideat, necnon jure eligendi, & deputandi Scholarum præceptores, ſeu Magiſtros quoad eandem Scholas antea, & hætenus ad Præſentem Eccleſie Nemaufen. ſpectante, & pertinente omnimode fruatur, utatur, & gaudet reſpective ſtatuiſſimus, ordinamus, ac etiam declaramus expreſſis ad hæc omnia, & ſingula tam Archiepiscopi Narbonen., quam Episcopii, & etiam

Quid de præſenti Decano Alesien.

De Parochis utriuſque Eccleſie Alesien. & Pſalmodien.

Episcopus, & Capitulum quibus præſentibus & privilegiis conceduntur.

Præſentis, necnon Nemaufen., ac Alesien., & Pſalmodien. Eccleſiarum hujusmodi Capitulo reſpective accedentibus aſſenſibus, & conſentientibus. Inſuper etiam Episcopo, Dignitatibus, Capitulo, & Canonicis præſatis, ut pro dicta Eccleſia Alesien., ac illius Menſe Capitularis Sacriſtiæ, & Fabricæ, earum rerum, & bonorum tam Spiritualium, quam temporalium proſpero, & felici ſtatu, regimine, gubernio, directione, ac onerum illis incumbentium ſupportatione Miſſarum, horarum Canonicarum, divinarum tam diurnarum quam Nocturnorum Officiorum, Proceſſionum, Funeralium, Anniverſariorum, & aliorum præſatorum celebratione, necnon de Dignitatibus, Canonicatibus, & Præbendis, aliisque Beneficiis, & Miniſteriis Eccleſiaſticis pro tempore providendorum receptione, admiffione, reſidentia personali, diſtributione etiam quotidianarum, & aliorum emolumentorum quorumcumque diſtinctione, repartitione & admiffione poenarum per abſentes, & Divinis ſuis loco, & tempore non aſſiſtentes, ſeu onera, & miniſteria eis incumbentia ſubire negligentibus incurrendarum impoſitione ſingularum præſentibus, & abſentibus notandi, caremoniis, & ritibus in Cathedrali Eccleſia, Choro, Capitulo, Proceſſionibus, & aliis actibus præſatis ſervandis, & Miniſtris dictæ Eccleſie Alesien. neceſſariis deputandis, & amovendis ſervitiis, & Miniſteriis per eos obeundis, & agendis, ſalaris, & ſtipendiis eorum cuilibet aſſignandis, ac quibusvis aliis rebus in præmiſſis, ac circa ea quomodolibet neceſſariis, & opportunitis quancumque ſtatuta, ordinationes, & Capitula, & Decreta licita tamen, & honeſta, ac ſacris Canonibus, præſertim vero Concilii Tridentini Decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis non contraria edendi, & edita pro temporum, & rerum varietate, & qualitate limitandi, corrigendi, declarandi, interpretandi, ac in meliorem formam redigendi, ſeu alia de novo etiam ex integro condendi, & per eos, ad quos pro tempore ſpectabit ſub poenis in contravenientes ſtatuentis, obſervari faciendi plenam, liberam & omnimodam facultatem concedimus, & impartimur; necnon Episcopo, ut præſertur, ac Dignitates in præſata Eccleſia Alesien. obtinentibus, ac Capitulo, & Canonicis ejusdem Eccleſie, aliisque Capituli, & Eccleſie hujusmodi perſonis, & Miniſtris pro tempore exiſtentibus, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, Immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, præeminentiis, prærogativis, conſeſſionibus, facultatibus, Indultis, ſa voribus, & gratiis, quibus alii præſati, & aliarum Eccleſiarum dignitates obtinentes, Capitula, & Canonici, aliæque Civitates, & Dioceſes, ac eorum Cleri, Incolæ, & habitatores, eorumque res, & bona fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, etiam quoad habitus delationem, ut præſertur, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite poſſint, & valeant concedimus, & indulgemus.

§.5. Ac eidem Ludovico Regi, ejuſque ſucceſſoribus, attenta aſſignatione præſata menſe Abbatialis, & unione ejusdem Capituli de præſati Ludovici Regis conſenſu dictæ Menſe Episcopali, ac Capitulo Alesien., ut ſupra, facta Jus nominandi ad præſatam Eccleſiam Alesien., dum illa Paſtoris ſolatio deſtituta fuerit, illi ve-

ro, ſeu illis, ad quos præſentatio, ſeu nominatio ad dignitates, Canonicatus, & præbendas, necnon beneficia, & miniſteria hujusmodi ex fundatione, vel dotatione de Jure patronatus pertinente dignoſcitur, que quidem nominatio ad Eccleſiam Alesien. Nobis, ſeu Romano Pontifici ſucceſſori noſtro pro tempore exiſtenti per præſatum Ludovicum Regem, ejuſque, ut præſertur ſucceſſores Galliarum Reges, quo vero ad præſentationes ad dignitates, Canonicatus, & Præbendas, ac Beneficia, & Miniſteria hujusmodi quancumque, & quotieſcumque per ceſſum, vel deceſſum, aut alias quomodolibet vacare contigerit, etiam coram Ordinario Alesien. pro tempore exiſtente per Patronos fieri reſpective debeant prout antea ad dictam Abbatiam Sancti Petri Pſalmodien., & ad dignitates, Canonicatus, & Præbendas, necnon Beneficia, & Miniſteria utriuſque Collegiate Eccleſie unite hujusmodi reſpective ſpectabat etiam perpetuo reſervamus, concedimus, & aſſignamus.

§.6. Ac eandem præſentem ullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, vel quovis alio defectu, etiam ex eo, quod cauſa, propter quas præmiſſa emanarunt coram Nobis, vel alibi verificata, & quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere præſtantes ad id vocati, citati, auditique non fuerint, & præmiſſis non conſenſerint, aut alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controverſiam vocari, ad terminos Juris reduci, remedium impetrari, vel ſub quibusvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam per quancumque Conſtitutiones Apoſtolicas, aut Cancellarie Apoſtolice Regulas quancumque, etiam in craſſimum aſſumptionis ſucceſſorum noſtrorum ad Summi Apoſtolatus apicem, vel alias quancumque editas, ſeu ſub quibusvis tenoribus, & formis emanatas, & in poſterum edendas, & emanandas nullatenus comprehendit, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illa emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum, etiam ſub quacumque poſteriori data per pro tempore exiſtentes Episcopum, ac dignitates, Capitulum, & Canonicos hujusmodi eligenda, reſtituta, reſtituta, & plenarie reintegratas, ac denuo conceſſas, ſemperque validas eſſe, & fore, ſuoſque plenarios eſſeſtus fortiri, & obtinere; necnon Episcopo, dignitatibus, & Canonicis hujusmodi pro tempore exiſtentibus perpetuo ſuffragari. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegates quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & deſiniri debere; & ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

§.7. Non obſtantibus noſtris, & Cancellarie Apoſtolice Regulis de gratiis, Indultis, & Indulgentiis adinſtar non concedendis, ac de expremendo vero annuo valore, ac de unionibus committendis ad partes vocatis quorum intereſt, ac Lateranen. Concilii noviffime celebrati uniones perpetuas, niſi in caſibus a Jure permiſſis fieri prohibentibus, & quibusvis Apoſtolicis, necnon in ſynodalibus, Provincialibus, & Generalibus Conciliis editis, vel edendis Conſtitutionibus;

Claula.

quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes expressio adhuc servanda foret, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem. Anno Incarnationis Dominicae Milleesimo sexcentesimo nonagesimo quarto sexto decimo Kalendas Junii Pontif. nostri Anno Tertio.

X C II.

Confirmatur concordia inter Fratres Provinciae S. Jacobi in Hispania Ord. Min. S. Francisci de Observan. super divisione Provinciae, & Officiorum.

Const. ed. 1692, D. 29, P. 2 agit de alternativa officiorum inter Provincias Gallicas, & alias. Et Constit. ed. 1696, Jan. 7, P. 5. de alternativa in Provinciae Januen.

INNOCENTIUS PAPA XII

Ad futuram rei memoriam.

Exordium. Debitum pastoralis Officii, quo Catholicae Ecclesiae regimini, meritis licet imparibus per ineffabilem Divinae sapientiae, atque clementiae abundantiam praesidemus exigit, ut paternam Religiosorum Virorum, quos in pacis amoenitate vota sua Altissimo reddere decet, curam gerentes, illa, quae pro dirimendis inter eos exortis dissidiis, perpetuoque stabilienda animorum concordia, prudenti, providoque conventa noscuntur esse consilio, quo firma semper, atque inviolabilia permaneant, Apostolici muniminis nostri praesidio roboremus.

S. r. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Franciscus Diaz a Sancto Bonaventura Lector Jubilatus, & Diffinitor Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, ac Benedictus de Noriega Sacrae Theologiae Lector itidem Jubilatus, necnon Didacus del Castillo Verbi Dei Praedicator Fratres expresse professi Provinciae S. Jacobi in Hispania dicti Ordinis, ac Procuratores diversarum respective partium, seu Nationum ejusdem Provinciae, quod cum juxta Constitutionum Apostolicarum, & Statutorum Generalium ejusdem Ordinis dispositionem cuique Provinciae Ordinis praedicti sua particularia Statuta condere fas sit, prout Nationum, temporum, & locorum, aliarumque circumstantiarum exigit ratio, praecipue quando per eadem generalia Statuta non satis provisum reperitur paci, ac utilitati alicujus Provinciae, quae particularibus, & accommodatioribus indiget legibus, ut immunis reddatur a jurgiis, litibus, & partialitatum zizaniis, quae caeteroqui oriri, ac in dies non sine maximo ipsius Ordinis dedecore excreverent possent: ipsa vero Provincia Sancti Jacobi tali potissimum indigeat provisione, ut malis, quae ob lites inter partes praedictas nonnullis ab hinc annis vertentes perpessa est, opportunum remedium adhibeatur, ipsi Exponentes legitimis sus-

Legimus auctoritate, & jura de causis, instituta fuit praesens Concordia a Procuratoribus partium.

sulti mandatis ad effectum procurandi, & obtinendi ab hac Sancta Sede nomine earundem partium ea, quae in posterum in praedicta Provincia servari oporteat, ut lites hujusmodi dirimantur, nec illae in posterum reviviscant, aut aliae suboriantur, neque divisio aliqua amplius in illa praetendatur, pro pace, & quiete dictae Provinciae, necnon regularis disciplinae, quae illa ante hac eximie floruit, instauratione, charitative, & religiose ad concordiam super praemissis (reservato tamen desuper nostro, & hujus S. Sedis beneplacito) devenerunt, cum diversis pactis, & conditionibus, prout continetur in Scriptura desuper emanata tenoris, qui sequitur, videlicet.

S. 2. In Conventu S. Isidori Fratrum Hibernorum Almae Urbis Ordinis Minorum de Observantia die 27. Novembris anni Domini 1693, convenerunt in unum R. A. P. E. Franciscus Diaz a S. Bonaventura Lector Jubilatus, Sancti Officii Qualificator, Sacrarum Congregationum Indicis, & Rituum Consultor, Provinciae S. Jacobi Primus Pater, & Diffinitor Generalis Ordinis praedicti, Frater Benedictus de Noriega Sacrae Theologiae Lector Jubilatus, & Fr. Didacus del Castillo Praedicator omnes Professi, & Alumni praedictae Provinciae S. Jacobi, Regularis Observantiae in Hispania memorati Ordinis, & Instituti, & Procuratores respective diversarum partium, & Nationum praedictae Provinciae in lite, quae ab aliquot retro annis vertitur inter Partes praedictas super divisione Officiorum, aut partitione ejusdem Provinciae, ut inferius latius constabit. Qui quidem Patres attenta mente, recogitantes praetam Provinciam a Seraphico Patre Sancto Francisco in primo Capitulo Generali Portiunculae, anno a prima Ordinis, & Regulae approbatione Apostolica, septimo, a fundatione vero Conventus Compostellani, per eundem Sanctum Patriarcham mirabiliter incepta, quarto rite erectam, ac institutam extitisse destinata ad ipsam in eodem Capitulo uno e dilectissimis Sociis ipsius Seraphici Patris, qui eidem tanquam Provincialis Minister praesert, a cujus ministeratu usque ad tempus praesens Regularis semper in ipsius Conventibus, seu Eremitoriis viguit observantia illinc ad quam plures Provincias, nonnullasque Hispaniarum Ditionum reformationes studio, ac Zelo Alumnorum ejusdem Provinciae, vel institutas, vel promotas, cunctis Ordinis seculis feliciter propagata atque transfusa; necnon praeculis insimul habentes, quod praefata Provincia, quae olim magnam partem Regnorum Hispaniae, ac Lusitaniae complectebatur, jam nunc ad eam, solum amplitudinem redacta est, quae facilliter in quolibet triennio lustrari, ac visitari valet a quovis vigilantis Superiore: hinc publico ejusdem Provinciae decori, ac perpetuae Fratrum, ac Monialium ipsius tranquillitati quamcunq; consulere meditati sunt. Concordiae itaque super lite diuturna studentes, & desiderantes obviam ire scandalis, & inconvenientibus, quae hucusque ex illa pullularunt, & in dies pullulare poterunt, tam quoad disciplinam regularem, quam quoad Literarum (quibus semper praedicta Provincia maxime floruit) splendorem: amice, & charitative tractarunt de dirimenda praedicta lite, & discordia per viam compositionis, & concordati; & post maturam, & longam discus-

Concordia.

Causa Concordia.

Conventio inter partes non dividendi Provinciam, vel ejus Officia.

eussionem punctorum, in quibus maxime vertebatur dissidium, tandem convenerunt in transactione mutua suorum respective jurium, & praetensionum sub infra exprimendis conditionibus inviolabiliter (accedente tamen Sac. Episcoporum, & Regularium Congregationis consensu, necnon Apostolicae Sedis confirmatione) in perpetuum observandis. Primo itaque concordantes dixerunt, & mutuo sibi promiserunt, quod pro parte PP. Castellanos, Asturicensium, & Forensium renunciaretur praetensioni dividendi dictam Provinciam, pro qua in Sac. Congregatione instabant; sicut de facto praedicti PP. Benedictus de Noriega, & Didacus del Castillo, utentes facultate, quam habent a suis principibus, nomine eorum praedictae praetensioni renunciaverunt, volentes, quod praedicta Provincia in sua, qua de praesenti gaudet, amplitudine conservetur: & inconvenientibus, quae praedictam divisionem exigere videbantur, occurrendum esse remediis ab eisdem omnibus excogitatis, & mox suo ordine ponendis. Deinde subjunxerunt, quod etiam pro parte PP. Forensium renunciaretur Brevi tripartitionis Officiorum in eorumdem favorem jam de anno 1684. a Sanctissimo D. N. Innocentio XI. fel. rec. expedito, & de facto memoratus P. Didacus del Castillo eorum Procurator, utens sua facultate, vice, & nomine suorum Principum, renunciavit omni Juri qualito, aut querendo, & ex praedicto Brevi quomodolibet ipsis obvienti, aut resultanti, & sub infra ponendis conditionibus acquiescit Sententia ab Eisdem Ordinis Protectore jam pridem ex commissione Apostolica, contra praememoratum Breve prolatae, ac omnimoda executioni mandata: ne vero PP. praedicti Forenses fraudentur per hoc Officium, muneribus, & honoribus Provinciae, mutuo hinc inde consensu praedicti concordantes, sequentem perpetuo praedictam providentiam adhibuerunt.

Sed sub sequentibus conditionibus.

Ut omnes Religionis Provinciae ad quatuor nationes reducantur, suppresso nomine Forensium.

S. 3. Nimirum omnes Fratres nati extra terminos Provinciae, sive in ipsa velti, sive in ea sint incorporati, sine alicujus Nationis discrimine recipiendi sunt, prout re ipsa recipiuntur, & vi hujus concordiae, ex nunc in perpetuum acceptantur inter Fratres nativos ejusdem Provinciae cum aequali jure ad distributionem officiorum, ac isti habent. Sed cum Provincia ista constet principaliter quatuor Nationibus juxta modum, quo Nationes distinguuntur, & reputantur in Universitate Salmanticae, scilicet Gallaciae, Camporum, Cantabriae ratione Principatus Asturiarum, qui in dicta Universitate cum Cantabris reputatur, & Extremadurae, cujus caput est ipsa Civitas Salmantina: ad has quatuor Nationes ad effectum distributionis officiorum postea statuenda, omnes alias Hispaniarum, & extra Hispanias Nationes hoc modo reducerunt: nempe ad Nationem Gallaciae, reducantur Fratres omnes Nationis Lusitaniae, & quotquot nati sunt extra Hispaniarum continentiam, prout jam Apostolico Decreto deducti reperiuntur, & tanquam filii Gallaciae essent in posterum reputandi. Ad Nationem Cantabriae pertinebunt Astures, & quotquot nati sunt in terminis Nationis Cantabriae juxta mentionem hujus Nationis in praedicta Universitate Salmanticae, & ita ultra praedictum Asturiarum Principatum continebit pars ista Montana Burgorum, Guipurcoam, Alavam, Vasco-

niam meram, seu Viscayam, Rivogiam, & Navarram. Ad Nationem Campensem pertinebunt Fratres praedictae Nationis incipiendo a confinibus Gallaciae, sed insuper Natio Castellanae, quod vulgo Mancha in eadem Universitate nominatur. Denique ad Nationem Extremadurae pertinebunt omnes Fratres Duceffis Salmanticae, quae ut praefertur est illius Nationis Caput, & omnes alii ad hanc Nationem pertinentes juxta morem illius Universitatis, & cum illis Fratres ex Nationibus Andalusiae, & Aragoniae. Et cum sub hac distributione comprehensi reperiantur omnes Fratres, qui sunt, & esse possunt in praedicta Provincia, prout conveniunt, quod in posterum sub poena perturbatorum Pacis, & dycolorum a transgressoribus ipso facto incurrenda, abstineatur a Nomenclatura Forensium, ut minus bene sonante inter eos, qui omnium rerum proprietatem a se abdicarunt, ut non habeant domum, aut locum, aut aliquam rem, sed sint (ut in Regula ipsa monetur) Peregrini, & advenae in hoc saeculo in paupertate, & humilitate Domino famulantes: ideo omnes a Natione ad quam pertinent, denominationem capiant.

S. 4. Hac facta incorporatione omnium Nationum inter Nationes intraneas Provinciae, praedicti PP., ut praefertur, concordantes addiderunt, quod ad pacem perpetuo in Provincia conservandam, & praecipiendum unius Nationis praedominium, ac congruam omnium Nationum satisfactionem introducendam (quod erat praecipuum inconveniens, quod urgebatur pro divisione) officia Provinciae deinceps sic dividantur in singulis Capitulis, & Congregationibus; sub poena nullitatis omnium electionum ipso jure, & facto incurrenda, ut scilicet uno triennio Minister Provincialis, & duo Diffinitores fiant de Fratribus Nationis Gallaciae cum suis incorporatis indistincte. Custos vero, & alii duo Diffinitores ex aliis tribus Nationibus ex adverso: cum vero praedictae tres Nationes juxta praefatam distributionem, & incorporationem restant fere aequales, & eadem aequalitas regulariter perseveratura merito credatur, tria ista officia inter ipsas distribuantur, itaut unus, aut Diffinitor, aut custos, quae duo mupera aequaliter se habent assumatur de Natione Camporum cum suis incorporatis: alter de Natione Asturiarum cum suis Cantabris incorporatis, alter de Natione Extremadurae cum suis incorporatis: sequenti vero triennio vice versa Minister Provincialis, & duo Diffinitores eligantur de corpore harum trium Nationum eodem ordine, ut scilicet Minister assumatur ex una, unus Diffinitor ex alia, & alius Diffinitor ex tertia cum suis respective incorporatis, sic tamen ut Provincialatus, quando huic parti obtigerit per eandem Nationes ordinate, & successive decurrat, nisi in aliquo casu id adamullim servari nequeat manifeste reluctante Justitia distributiva, aut electionis necessaria libertate, quod ne cavillandi contra praesentem concordiam ansa praebatur, determinandum erit a toto Capitulo per secreta suffragia alba, & nigra, si aliquando casus occurrerit, qui non nisi rarissime, & difficile occurrerit. Custos vero, & alii duo Diffinitores de Natione Gallaciae cum suis respective incorporatis eligantur, quin unquam sub illo praetextu, aut motivo, etiam urgentissimo fraudare va-

Ut serventur quadam regula in distributione Officiorum.

Præcipuorum